Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

extra insulam Crete et se pro debitis absentabant, quam plene obseruabunt. Et concludunt in illis literis quod illi qui sunt debitis aggrauati pro maiori parte et quasi omnes morantur in insula et non audent comparere set permanent in alijs locis insule positis procul a ciuitatibus et castris et isti sunt multi et in magna quantitate; uadit pars secundum consilium duche et consiliariorum Crete quod beneficium antedictum factum, aggrauatis morantibus extra insulam fiat simili modo illis qui sunt in insula, qui pro debitis se absentant neque audent publice comparere, remanente parte alias capta in omnibus alijs in sua firmitate. Et facientibus ducha et consiliarijs et alijs rectoribus insule istis terminum de sex mensibus de nouo, sicut alijs factum fuit secundum formam partis predicte.

4. Capta. Cum per ducham et consiliarios nostros Crete scriptum fuerit nostro dominio quod galea maura quam nuper armauerunt et miserunt capitaneo Culfi non est bona nec sufficiens ad nauigandum et consulunt instantissime quod cambietur corpus galee predicte; uadit pars secundum consilium duche et consiliariorum Crete quod illud corpus galee maure debeat cambiri et scribatur et sic iam scriptum fuit capitaneo Culfi quod quando licentiabit in reditu suo Venetias galeas Crete pro redeundo in Candidam ad disarmandum debeat cambire illud corpus galee maure, dando unum corpus loco eius de alijs melioribus et sufficientioribus galeis subtilibus quas habet mittendo illud regimini Crete cum bonis corredis et furnimentis et ponendo zurmam galee maure super illa bona galea subtili quam mittet in Cretam. Corpus uero galee maure predicte faciat conduci Venecias. Item scribatur similiter capitaneo nostro Culfi quod debeat omnino cambire unam aliam de illis duabus galeis que nuper fuerunt armate in Candida, silicet plus insufficientem et peiorem. Ita quod regimen Crete habeat duo bona corpora galearum subtilium cum omnibus corredis et furnimentis suis et sic fuit iam scriptum capitaneo Culfi.

2

Fo 22to Ἐπιτρέπεται εἰς τὸν εὐγενῆ Γεώργιον Δαμολῖνον ἐκ Χάνδακος νὰ μεταφέρῃ ἐκ Κρήτης εἰς Βενετίαν δύο τόπια ἐριούχου λευκοῦ, ὅπως βάψῃ ταῦτα καὶ μεταφέρῃ ἐκ νέου εἰς Κρήτην ἄνευ καταβολῆς δασμοῦ, διότι, ὡς διατείνεται δὲν ἠδυνήθη νὰ πωλήσῃ ταῦτα λευκά. 1384, Νοεμβρίου 17.

3

Fo 22to Παρέχεται ἄδεια ἀπουσίας διὰ Βενετίαν ἐπὶ ἑξάμηνον εἰς τὸν ζυγιστὴν τοῦ στατῆρος Χάνδακος Gratiadei Βενεδείκτου. 1384, Νοεμβρίου 17.

4

Fo 24r Περὶ ἀλλαγῆς δύο ἢ τριῶν πεπαλαιωμένων κατέργων διὰ νέων. 1384, Νοεμβρίου 19.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ